

Nimaduerti sepe Donate plurimos id existi-
mare: quod etiam nonnulli philosophorum putave-
runt non irasci deum: quoniam uel benefica sit ratio
modo natura diuina: nec cuiquam nocere potestissimam atque
optimam congruat potestati: uel certe nil curet om-
nino: ut neque ex beneficentia eius quicumque boni per-
ueniat ad nos: neque ex maleficientia quicumque mali. Quo error quia
maximus est: & ad evertendum uitae humanae statum spectat: coargu-
endus est a nobis: ne & ipse fallaris impulsus auctoritate hominum:
qui se putant esse sapientes. Nec tamen nos arrogantes sumus: ut
comprehensam nostro ingenio ueritatem gloriemur: sed doctri-
nam dei sequimur: qui scire solus potest & reuelare secreta. Cu-
ius doctrinae philosophi expertes existimauerunt: naturam rerum
omnium coniectura posse deprehendi. Quod nequaquam fieri potest: quia
mens hominis tenebroso corporis domicilio circumseptae: longe a
ueri perfectione sumota est. Et hoc differt ab humanitate diuini-
tas: quod humanitatis est ignorantia: diuinitatis scientia. Unde no-
bis aliquo lumine opus est ad depellendas tenebras: quibus offusa
est hominis cogitatio: quoniam in carne mortali agentes: nostris sensibus
diuinare non possumus. Lumen autem mentis humanae deus est:
quem quis cognouerit: & in pectus admiserit: illuminato corde
mysterium ueritatis agnoscat. Remoto autem deo: caelestis quoque doctrina
omnia erroribus plena sunt. Recte quoque Socrates cum esset omnium
philosophorum doctissimus: tamen ut ceterorum argueret insipientiam
qui se aliquid tenere arbitrabantur: ait se nihil scire nisi unum: quod
nihil sciret. Intellexit. nam doctrinam illam nihil habere in se certi: nihil
ueri: nec (ut putabant quidam) simulauit ipsam doctrinam ut alios
refelleret: sed uidit ex parte aliqua ueritatem: testatusque est etiam
in iudicio: sicut traditur a Platone: quod nulla esset humana sapien-
tia. Adeo doctrinam qua tum philosophi gloriabantur contemp-
psit: derisit: abiicit: ut id ipsum pro summa doctrina profiteretur
quod nihil scire didicisset. Si ergo nulla est sapientia humana: ut Socrates
docuit: ut Plato tradidit: apparet esse diuinam: nec ulli alii: quam
deo ueritatis noticiam subiacere. Deus igitur noscendus est: in quo solo
ueritas est. Ille mundi parens & conditor rerum: qui oculis non

uidetur: mente uix cernitur: cuius religio multis modis impugnari solet: ab his qui nec ueram sapientiam tenere potuerunt: neque magni: & celestis arcani comprehendere rationem.

Ca. ii. De gradibus per quos ad ueritatem ascenditur: & quod de ipsis gradibus deiciantur.

Am cum sint gradus multi: per quos ad domiciliū ueritatis ascenditur: non est facile cuilibet euehi ad summū. Caligantibus enim ueritatis fulgore luminibus: qui stabilem gressum tenere non possunt: reuoluuntur in planum. Primus autem gradus est intelligere falsas religiones: & abiicere impios cultus humana manu fabricatos. Secundus uero perspicere animo: quod unus sit deus summus: cuius potestas ac prouidentia effecerit a principio mundum: & gubernet in posterum. Tertius cognoscere ministerium eius ac nuncium: quem legauit in terram: quo docente liberati ab errore: quo implicati tenebamur: formatique ad ueri dei cultum de iusticia differemus. Ex quibus omnibus gradibus (ut dixi) pronus est lapsus & facilis ad ruinam: nisi pedes incoccussa stabilitate figantur. De primo gradu eos excuti uidemus: qui cum falsa intelligant tantum uerum non inueniunt: contemptisque terrenis fragilibusque simulachris non ad colendum se deum conferunt: quem ignorant: sed mundi elementa mirantes: celum: terram: mare: solem: lunam: ceteraque astra uenerantur. Sed imperitiam horum iam coarguimus in secundo diuinarum institutionum libro. De secundo uero gradu eos dicimus cadere: qui cum sentiunt unum esse summum deum: iidem tamen a pharisaeis irrbetiti: & falsis argumentationibus capti: aliter de unica illa maiestate sentiunt: quam ueritas habet: quod aut figuram negant habere ullam deum: aut ullo affectu commoueri putant: quod sit omnis affectus imbecillitatis: quem in deo nulla est. De tertio uero hi precipitantur: qui cum sciant legatum dei: eundemque diuini & immortalis templi conditorem: tamen aut non accipiunt eum: aut aliter accipiunt quam fides poscit: quos ex parte iam refutauimus in quarto supradicti operis libro: & refutabimus postea diligentius: cum respondere ad omnes sectas coeperimus: quem ueritatem dum disputant perdidērunt. Nunc uero contra eos differemus: qui de secundo gradu lapsi: praua de summo deo sentiunt. Aiunt. n. quidam: nec gratificari eum quicquam nec irasci: sed securum & getum immortalitatis sue bonis perfrui.

Alii uero irā tollūt: grām relinquūt deo: naturā enī sūma uirtute
prēstantē: & nō maleficā eē debē. Ita oēs p̄bi de ira consentiunt:
de grā discrepāt. S; ut ad p̄positā mām p̄ ordinē descēdat oratō
huiusmodi faciēda nobis & exequāda partitio ē: cū diueriā &
repugnātia sint ira & grā. Aut ira tribuēda ē deo: & grā detrahē
da: aut utrūq; parit̄ detrahendū. Aut ira demēda ē: & grā tribuē
da: aut neutrum detrahendum. Aliud ampli⁹ prēter hęc nihil po
test capere natura: ut necesse sit in uno istorum aliquo uey: quod
queritur inueniri. Consideremus singula: nos ut ad latebras ueri
tatis: & ratio & ordo deducat.

Capitulum.iii. Quod nullus asseruit deum irasci & gratia
non moueri.

Rimum illud nemo de deo dixit: unq̄ irasci eū tātūmodo
& gratia non moueri. Est enī discōueniēs deo: ut eiusmo
di potestate sit prēditus: qua noceat & obfit: prodesse uero ac be
neiacere nequeat. Quę igit̄ ratio: quę spes salutis hominibus pro
posita est: si malorum tantūmodo auctor est deus! Quod si sit
iam maiestas illa uenerabilis non ad iudicis potestatem: cui licet
seruare ac liberare: sed ad tortoris & carnificis officiū deducet̄.
Cum aut̄ uideamus non modo mala esse in rebus humanis: sed
etiam bona: utiq; si deus non est: auctorem esse alterum necesse ē
qui cōtraria deo faciat: & det nobis bona. Si est: quo nomine ap
pellandus ē? Cur nobis q̄ malefacit notior est: q̄ ille q̄ bene! Si aut̄
nihil potest esse prēter deum: absurdum est: & uanū putare diui
nam ptātē: qua nihil ē mai⁹: nihil meli⁹ nocē: pdesse nō posse: &
ideo nemo extitit: qui auderet id dicere: q̄ nec rationē habet: nec
ullo mō pōt̄ credi. Quod si conuenit: transeamus & ueritatem
alibi requiramus.

Capitulum.iiii. Contra Epicurum disputat: qui negat deum
irasci: gratificari: & omnia prēuideri.

Vod sequitur de schola Epicuri ē: sicut irā in deo nō esse
ita nec gratiā qdem. Nā cum putaret Epicurus alienum eē
a deo malum facere: quod ex affectu iracundię plerūq; nascit̄: ad
emit ei etiā beneficentiā: quoniam uidebat consequens esse: ut si
habeat irā deus: habeat & gratiā. Itaq; ne illi uicium concederet:

etiam uirtutis fecit expertem. Ex hoc inquit beatus & incorruptus est: quod nihil curat: neque habet ipse negocium: neque alteri exhibet. Deus igitur non est: si nec mouetur: quod est proprium uiuentis: nec facit aliquid impossibile homini: quod est proprium dei: si omnino nullam habet uoluntatem: nullum actum: nullam denique administrationem: quam deo digna sit. Et quam maior: & quam dignior administratio deo assignari potest: quam mundi gubernatio: quam cura uiuentium: maximeque generis humani: cui omnia terrena subiecta sunt? Quae igitur in deo potest esse beatitudo: si semper quietus & immobilis torpet? Si praecantibus surdus? Si colentibus caecus? Quid tam dignum: tam proprium deo: quam prouidentia? Sed si nihil prouidet: amisit omnem diuinitatem. Qui ergo totam uim: totam deo substantiam tollit: quid aliud dicit nisi deum omnino non esse? Denique Marcus Tullius a Possidonio dictum refert id Epicurum sensisse nullos deos esse: sed ea quae de dijs locutus sit: depellende inuidiae causa dixisse. Itaque uerbis illum deos relinquere: re autem ipsa tollere: quibus nullum motum: nullum tribuit officium. Quod si ita est: quid deo fallaci? Quod a sapiente & graui uiro debet esse alienum. Hic uero si aliud sentit: & aliud locutus est: quid aliud appellandus est quam deceptor: bilinguis: malus: et propterea stultus? Sed non erat tam uersutus Epicurus: ut fallendi studio loqueretur: cum etiam scriptis ad aeternam memoriam consignaret: sed ignorantia ueritatis errauit. Inductus enim a principio ueri similitudine unius sententiae: necessario in ea quae sequebantur incurrit. Prima enim sententia fuit: iram in deum non conuenire. Quod cum illi uerum & inexpugnabile uideretur: non poterat contentia recusari: quia uno affectu amputatio: etiam ceteros affectus adimere deo necessitas ipsa cogebat. Ita qui non irascitur utique nec gratia commouetur: quod est irae contrarium. Iam sic non ira in eo nec gratia est: utique nec metus: nec leticia: nec meror: nec misericordia. Una est enim ratio cunctis affectibus: una commotio: quae in deum cadere non potest. Quod si nullus affectus in deo est: quae quicquid afficitur imbecillum est: ergo nec cura ullius rei nec prouidentia est in eo. Hucusque peruenit sapientis hominis disputatio: cetera quae sequuntur obtulit: scilicet quia nec cura sit in eo nec prouidentia: ergo nec cogitationem aliquam: nec sensum in eo esse ullum: quo efficitur: ut non sit omnino. Itaque cum gradatim descendisset: in extremo gradu constitit: quia etiam praecipitium uidebat

Falsa Epicuri Sent.

Sed qd̄ p̄dest̄ reticuisse: ac periculū dissimulasse? Necessitas illuz
uel iuitū cadere coegit. Dixit. n. qd̄ noluit: q̄ argumētū sic ordi
nauit: ut ad illud qd̄ euitabat necessario deueniret. Vides igitur
quo pueniat ira s̄blata: & deo adēpta. Deniq; aut null⁹ id credit:
aut admodū pauci: & qd̄ scelerati ac mali: q̄ sperāt peccatis suis
īpunitatē. Qd̄ si & b̄ falsū iuenit: nec irā deo eē nec gratiam. Ve
niamus ad illud quod tercio loco positum est.

Capitulum. v. Contra stoicos dicentes in deo fore gratiam
sed non iram.

Xīstimantur stoici: & alii nonnulli aliquanto melius de di
uinitate sentisse: qui aiunt gratiam in deo esse: iram non eē
Fauorabilis ac popularis oratio: non cadere in deum hāc animi
pūilitatem: ut ab ullo se lēsum putet: qui lēdi non potest: ut qui
eta illa & san̄cta maiestas concitetur: perturbetur: inianiat: quod
est terrene fragilitatis. Iram enī commotionē mentis esse ac per
turbationem: quē sit a deo aliena. Quod si hominem quoque q̄
modo sit sapiens & grauis: ira non deceat: siquidem cum in ani
mum cuiusq̄ incidit: uelut s̄qua tēpesta tantos excitet fluctus: ut
statum mentis immutet: ardescant oculi: os tremat: lingua titu
bet: dentes concrepent: alterius uultum maculet: nūc suffusus ru
bor: nunc pallor albescens: quanto magis deum non deceat tam
foeda mutatio? Et si homo qui habeat imperium ac potestatē la
te noceat: p̄ iram sanguinem fūdīt: urbes subuertat: populos dele
at: prouintias ad solitudinē redigat: quanto magis deū q̄ habeat
totius generis humani & ipsius mundi potestatem perditurū fu
iisse uniuersa credibile sit si irasceret? Absse igit̄ ab eo: tā magnū
tam p̄niciosum malū oportere. Et si absit ab eo ira & concitatio
q̄ & de formis & noxia ē: nec cuiq̄ male facit: nihil aliud superest
nisi ut sit lenis: tranquillus: propicius: beneficus conseruator. Ita
enim demum & cōis omnium pater & optim⁹: & uere maxim⁹
dici poterit: qd̄ experit diuina celestisq; natura. Nā si inter hoīes
laudabile uideēt̄ prodesse potius q̄ nocere: uiuificare q̄ occidere:
saluare q̄ perdere: nec immerito innocentia inter uirtutes numera
tur: & qui hęc fecerit: diligit̄: p̄fertur: ornatur: benedictis om
nibus uotisq; celebratur. Deniq; ob merita & beneficia deo si
millimus iudicatur: quantomagis ipsum deum patrem diuinis

perfectisq; uirtutibus præcellentem: atq; ab omni terrena labe sū
 motum: diuinis & cęlestibus beneficiis omne genus hominum
 pmereri. Speciose ista populariterq; dicuntur: & multos illiciunt
 ad credendum. Sed qui hæc sentiunt: ad ueritatem quidem ppi⁹
 accedunt: sed in parte labuntur: naturam rei parum cōsiderātes.
 Nam si deus nō irascit impiis & iniustis: nec pios utiq; iustosq;
 diligit. Ergo constantior est error illorum: qui & iram simul &
 grām tollunt. In rebus enī diuersis: aut in utrāq; partem moueri
 necesse est: aut in neutram. Itaq; qui bonos diligit & malos non
 odit: nec bonos diligit: quia & diligere bonos: ex odio maloru;
 uenit: & malos odisse ex bonorum charitate descendit. Nemo ē
 qui amet uitam sine odio mortis: qui appetit lucem: nisi qui tene
 bras fugit. A deo natura ista cōnexa sunt: ut alterꝝ sine altero fieri
 nequeat. Si quis dominus habens in familia seruos: bonū ac ma
 lū: non utiq; aut ambos odit: aut ambos beneficiis & honore p
 sequitur: quod si faciat: & iniquus & stultus est: sed bonum & al
 loquit amice: & ornat: et domui ac familię: suisq; omnibus reb;⁹
 præficit: malum uero maledictis: uerberibus: nuditate: fame: siti:
 compedibus punit: ut & hic exemplo cęteris sit ad non peccādū
 & ille ad promerendum: ut alios metus coherceat: alios honor p
 uocet. Qui ergo diligit & odit: qui odit & diligit. Sūt enī q di
 ligi debeāt: sunt q odio haberi. Et sicut is q diligit confert bona
 & eos quos diligit: ita q odit irrogat mala his quos odio habet.
 Qd' argumētū q ueꝝ ē: dissolui nullo pacto pōt. Vana ergo &
 falsa ē sn̄a eoꝝ: qui cū alterꝝ deo tribuant: alterꝝ detrahunt: nō mi
 nus q̄ illorum qui utrūq; detrahūt. Sed illi (ut ostendim⁹) ex par
 te non errant: sed id quod melius est ex duobus retinēt. Hi uero
 quos ratio & ueritas argumenti huius iducit: falsa omnino sn̄a
 suscepta in maximum errorem cadunt. Non enim sic oportebat
 eos argumentari: quia deus non irascitur: ergo nec grā commo
 uetur: sed ita quia deus gratia mouetur: ergo & irascitur. Si enim
 certum & indubitatum fuisset non irasci deū: tūc ad illud alterū
 ueniri esset necesse. Cū aut magis sit ambiguū de ira pene mani
 festum: de grā absurdum est: ex incerto certū uelle subuertere: cū
 sit promptius de certis incerta firmare.

Capitulum. vi. Quod deus irascitur.

Ac sunt de deo philosophorum sententiae: aliud propterea nihil quicquam dixit. Quod si haec quae dicta sunt: falsa esse deprehendimus: unum illud extremum superest: in quo solo possit ueritas inueniri: quod a philosophis nec susceptum est unquam: nec aliquando defensum: consequens esse irascitur deus: quoniam gratia commouetur. Haec tuenda nobis & asserenda sententia est: in eo enim summa omnis & cardo religionis pietatisque uersat. Neque honos ullus deberi potest deo: si nihil praestat colenti: nec ullus meritus: si non irascitur non colenti.

Cap. vii. Quod philosophi errant. Et quod homines ab aliis animantibus maxime differunt religione: quae hominis est propria.

Ubi saepe philosophi per ignorantiam ueritatis a ratione desciderunt: atque in errores inciderunt inextricabiles: id enim solis his euenire: quod uiatori uiam nescienti: & non fatenti se ignorare: ut uagetur: dum percunctari obuios erubescit. Illud tamen nullus philosophus asseruit unquam: non nihil inter homines ac pecudes interesse: nec omnino quicquam modo sapiens: qui uel leuiter rationale animal cum mutis & irrationabilibus coequauit: quod faciunt quidam imperiti: atque ipsis pecudibus similes: qui cum uentri ac uoluptati se uelint tradere: aiunt eadem ratione se natos: quae uersa quae spirant: quod dici ab homine nefas est. Quis enim tam indoctus ut nesciat? Quis tam imprudens: ut non sentiat inesse aliquid in homine diuini? Nondum uenio ad uirtutes animi & ingenii: quibus homini manifesta cognitio est. Nonne ipsius corporis status & oris figura declarat: non esse cum mutis pecudibus aequales? Illarum natura in humis pabulumque prostrata est: nec habet quicquam commune cum caelo quod non intuetur. Homo autem recto statum: ore sublimi ad contemplationem mundi excitatus confert cum deo uultum: & rationem ratio cognoscit: propterea nullum est animal (ut ait Cicero) praeter hominem: quod habeat aliquam noticiam dei: solus enim sapientia instructus est: ut religionem solus intelligit: & haec est hominis atque mutorum uel praecipua uel sola distantia. Nam cetera quae uidentur homini esse propria: & si non sunt talia in mutis: tamen similia uideri possunt. Proprius homini sermo est: tamen & in illis quaedam similitudo sermonis. Nam & dinoscunt inuicem se uocibus: et cum irascunt edunt sonum iurgio simile: & cum se ex intervallo uident gratulandi officium uoce declarant. Nobis quaedam uoces eorum uidentur incognite

fiçut illis fortasse noſtrę: ſed iſtis q̄ ſe itelligūt: v̄ba ſunt. Deniq̄
ī oī affectu: certas uoces notas exp̄mūt: qb̄ habitū mētis oſtēdāt.
Riſus quoq̄ ē hōi p̄p̄us: & tñ uidem⁹ ī aliis aīalib⁹ q̄dā ſigna le
ticię: cū ad luſū geſtiūt: aures demulcēt: rictū cōtrahūt: frōtē ſere
nāt: oculos ī laſciuiā reſoluūt. Quid tā p̄p̄ū hōi: q̄ rō & p̄uiden
tia futuri? Atq̄ ſūt aīalia: q̄ latibul⁹ ſuis diuerſos & plures exitus
pādāt: ut ſi qd̄ piculū iciderit: fuga pateat obſeſſis: qd̄ nō facerēt:
niſi ieſſet illis itelligētia & cogitatio. Alia puidēt ī futuꝝ: ut īgen
tem formicę farris aceruū cōportāt: byemis memores teçtoq̄ re
ponūt: ut apes q̄ patrię ſolū: et certos nouere penates: uentureq̄
byemis memores eſtate laborē experiūt: & in mediū q̄ſita repo
nunt: lōgū ē ſi exeq̄ uelim: q̄ a ſingulis generib⁹ aīaliū fieri ſoleāt
hūanę ſolertię ſimillima. Qd̄ ſi boꝝ omniū q̄ aſcribi hōi ſolēt:
in mltis quoq̄ dephēdit ſimilitudo: apparet ſolā eſſe religionē:
cui⁹ in mutis uel brutis nec ueſtigiū aliqd̄: nec ulla ſuſpitiō iueni
ri pōt. Religionis enī eſt p̄p̄a iuſticia: q̄ nullum aliud animal atti
git. Homo enī ſolus īperat: cętera ſibi cōciliata ſūt. Iuſticię autē
dei cultus aſcribitur: quē qui non ſuſcipit: hic a natura hominis
alienus: uita pecudum ſub humana ſpecie uiuit. Cum uero a cęte
ris animalibus hoc pene ſolo differamus: q̄ ſoli omniū diuina;
uim ptātemq̄ ſentimus: in illis autem nullus ſit intellectus dei
certe illud fieri nō pōt: ut in hoc uel muta plus ſapiant: uel huma
na natura deſipiat: cū homini ob ſapiētiā: & cuncta quę ſpirant
& omnis rerū natura ſubięcta ſint. Quare ſi ratio: ſi uis hominis
hoc p̄cellit & ſuperat cęteras animantes: q̄ ſolus notiā dei ca
pit: apparet religionem nullo modo poſſe diſſolui.

Capitulum. viii. Contra Epicurum religionem ſubuertentē
Et q̄ religio ſit habenda.

Iſſoluit autē religio: ſi credamus Epicuro illa dicenti. Om
nis enim per ſe diuina natura neceſſe ē immortalī eū ſum
ma cum pace fruatur: ſemota a noſtris oculis ſeiunctaq̄ longe. Iā
priuata dolore omni: priuata periculis. Ipſa ſuis pollēs opibus:
nil indigna noſtri. Nec bene pro meritis capitur: nec tāgitur ira.
Quę cum dicit utꝝ aliquem cultum deo putat eſſe tribuendum:
an euertit omnē religionē? Si enim deus nihil cuiq̄ boni tribuit:

si colentis obsequio nullam grā; refert: qd tā uanū tā stultum q̄
templa edificare: sacrificia facē: dona cōferre: rē familiarē minuē:
ut nihil assequamur? At enī naturā excellētem honorari oportet.
Quis bonos deberi pōt nihil curāti & ingrato? An aliqua rōe ob
stricti esse possum⁹ ei: q̄ nihil habeat cōmune nobiscū? Deus igit
Cicero si talis est: ut nulla gratia: nulla hominū charitate teneat
ualeat. Quid enī p̄pri⁹ pōt inueniri: quid cōtēptius dici potuit
in deū? Valeat inquit: idest abeat ac recedat: quādo prodesse nul
li potest. Quod si negociuz deus nec habet nec exhibet: cur ergo
non delinquamus: quotiens hominum conscientiam fallere lice
bit: ac leges publicas circūscribere? Vbicunq; nobis latendi occa
sio arriserit: auferamus aliena: uel sine cruore uel etiam sanguine:
si p̄ter leges nihil est amplius quo colendum sit. Hęc dum sen
tit Epicurus: religionem funditus delet: qua sublata: confusio ac
perturbatio uitę sequetur. Quod si religio tolli non potest: ut et
sapientiam retineamus: qua communis uita sit tutior: quomodo
religio ipsa sine metu teneri aut custodiri potest? Quod enī non
metuitur: cōtēnitur: quod contēnitur: utiq; non colitur. Ita fit: ut
religio & maiestas: & honor & metus cōstent. Metus autem nō
est: ubi nullus irascitur. Siue igitur gratia; deo siue irā siue utiq;
detraxeris: religionem tolli necesse est: sine qua uita hominum
stulticia: scelere: immanitate completur. Multum enim refrenat
hoīes cōscientia: si credamus nos in conspectu dei uiuere: si non
tantum quę gerimus uideri desuper: sed etiam quę cogitamus:
aut loquimur: audiri a deo putemus. At enim prodest id credere
ut quidam putāt: nō ueritatis gratia: sed utilitate: quoniam leges
cōscientiā punire nō possūt: nisi aliqs desup terror īpediat ad co
hibēda peccata. Falsa ē igit oīs religio: & diuinitas nulla ē: sed a
uiris prudētib⁹ uniuersa cōfecta sūt: quo recti⁹ inocētiusq; uiua
tur. Magna hęc & a mā quā p̄posuim⁹ aliena q̄stio ē: s; q̄ necessa
rio incidit: debet quāuis breuif attigi.

Cap. ix. Varias opiniones de mūdi opificio & gubernatōe
enumerat.

Vm sententię philosophoꝝ p̄oris tēporis de puidētia cō
sensissent: nec ulla esset dubitatio: quin mundus a deo &
rōne esset īstructus: & rōe regeretur. Prim⁹ omniū Pythagoras

exitit temporibus Socratis qui sibi diceret nō liquere: utꝛ esset aliqua diuinitas nec ne. Quę disputatio eius adeo impia: & cōi ueritatem & religionem iudicata est: ut & ipsum athenienses expulerint suis finibꝛ: & libros eius in concione: qꝛbus hęc continebantur exusserint. De cuius sententia non est opus disputare: qꝛa nihil certi pronunciauit. Post hęc Socrates & auditor eiꝛ Plato: & qꝛ de schola Platonis tanqꝛ riuuli diuerfas in partes pfluxerūt stoici et peripatetici: in eadem fuere sententia qua p̄ores. Postea uero Epicurus deum quidem esse dixit: quia necesse sit esse aliquid in mundo p̄stans: & eximium & beatum: prouidentia tñ nullam. Itaqꝛ mundū ipsum nec rōne ulla: nec arte: nec fabrica instructū: sed naturā rezꝛ quibusdā minutis seminibus et insecabilibus conglobatam. Quo qꝛd repugnantiꝛ dici possit nō uideo. Etenim si est deus: utiqꝛ prouidens est ut deus: nec aliter ei pōt diuinitas attribui: nisi & p̄terita teneat: & p̄sentia sciat: & futura p̄spiciat. Cum igitꝛ prouidentiam sustulit: etiā deum negauit esse. Cum autꝛ deū eē p̄fessus est: & prouidentia simul esse concessit. Alterum enim sine altero: nec esse prorsus nec intelligi potest. Verum his postea temporibus quibus iam pb̄ia defloruerat: exitit Athenis quidam Diagoras: qui nullū eē omnino deū diceret: ob eamqꝛ sn̄iam nominatus est Atheus. Item Cyreneus Theodorus ambo qui nihil noui poterant reperire: omnibus iam dictis & iuentis maluerūt cōtra ueritatē id negare: in quo priores uniuersi sine ambiguitate consenserant: hi sunt qui tot sēculis: tot īgeniis assertam atqꝛ defensam prouidentiam calumniati sūt. Quid ergo? Vtrum ne istos minutos & inertes philosophos ratioē: an uero ueritate p̄stantium uirorum refellemus: an potius utroqꝛ? Sed roperandū est: ne longius a materia deuagetur oratio.

Cap. x. Qd' mūdꝛ dei prouidentia factꝛ sit & gubernetur.

Vi uolūt diuina prouidentia factū esse mundum: aut principis inter se temere coeuntibus dicūt esse concretum: aut repente natura extitisse. Naturam uero (ut Straton ait) habere in se uim gignendi & uiuendi: sed eam nec sensum habere ullum: nec figuram: ut intelligamus omnia quasi sua sponte esse generata: nullo artifice nec auctore. Vtrūqꝛ uanū & impossibile: sed hoc euenit ignorantibus ueritatem: ut quid uis potius excogitent qꝛ

id sentire quod rō deponit. Primū minuta illa sēmina quorum
cōursu totū coisse mūdū loquūt: ubi aut un̄ sint q̄ro? Quis illa
uidit unq̄? Quis sc̄it? Quis audiuit? An sol⁹ Leucippus oculos
habuit? sol⁹ mētē? Qui p̄fecto sol⁹ omniū cec⁹ & excors fuit: q̄
ea loq̄ret: q̄ nec eger q̄sq̄ delirare: nec dormiēs posset somniare.
Quatuor elemētis cōstare: oīa p̄bi ueteres diserebāt. Ille noluit
ne alienis uestigiis uideref̄ isistē: sed ipsoꝝ elemētoꝝ alia uoluit
eē p̄mordia: q̄ nec uideri possint nec tāgi: nec ulla corporis parte
sentiri. Tā minuta sūt iqt: ut nulla sit acies ferri tā s̄til: qua secari
ac diuidi possint: unde illis nomen imposuit atomorum. Sed
occurrebat ei q̄ si una esset omnibus eademq; natura: non possēt
res efficere diuersas: tanta ueritate quātam uideamus inesse mun
do. Dixit ergo leuia esse & aspera & rotunda & angulata & ha
mata. Quāto meli⁹ fuerat tacē: q̄ i usus tā miserabiles: tā ianes ha
bere ligūā? Et q̄dē uereor ne nō min⁹ delirare uideaf: q̄ hęc putet
refellenda. Respondeamus tamen uelut aliqua dicenti. Si leuia
sunt & rotunda: utiq; non possunt inuicem se apprehendere: ut
aliquod corpus efficiant: ut si quis milium uelit in unam coau
gmentationem constringere: leuitudo ipsa granorum in massa;
coire non sinat. Aspera inquit & angulata sunt & hamata: ut pos
sint coherere. Diuidua ergo & secabilia sunt. Hamos enī necesse
est & angulos eminere: ut possint amputari: ita q̄ amputari ac di
uelli potest: & uideri poterit & teneri. Hęc iqt p̄ iane irrequietis
motibus uolitāt: & huc atq; illuc ferūtur: sicut pulueris minutias
uidemus in sole: cum per fenestram radios ac lumen immiserit.
Ex his arbores & herbe: & fruges omnes oriuntur: ex his anima
lia & aqua & ignis & uniuersa gignunt: & rursus in eadem resol
uuntur. Ferri hoc pōt q̄diu de reb⁹ paruis agit: ex his etiā mūd⁹
concretus est. Impleuit numerum perceptę infanię: nihil ulterius
adiici posse: sed inuenit tamen ille quid adderet. Quoniam oē i
quit infinitū ē: nec pōt qcq; uacare: necesse est ergo innumerabiles
esse mundos. Quę tanta uis fuerat atomorū: ut moles tam inē
stimabiles ex tam minutis conglobarent? Ac primum requiro q̄
sit istorum seminum uel ratio ul' origo? Si enim ex illis sunt om
nia: ipsa igitur unde esse dicemus? Quę natura tantam copiam
ad efficiendos innumerabiles mundos subministravit. Sed conce
demus: ut impune de mundis delirauerit: de h̄ loquamur in quo

lum⁹: & quē uidem⁹. Ait oīa ex indiuiduis corpusculis fieri. Si h̄
ita eēt: nulla res unq̄ sui generis semīe idigeret: sine ouis alites na
scerēt: aut oua sine partu. Itē cetera uiuētia sine coitu: arbores &
q̄ gignūt e terra p̄p̄a semīa nō haberēt: q̄ nos quotidie tractam⁹
& serim⁹. Cur ex frumēto seges nascit: & rursus ex segete frumē
tū! Deniq; si atomoz coitio & cōglobatō efficit oīa: et ī aere uni
uerfa cōcrescerēt! Si quidē p̄ iane atomi uolitāt: cur siñ terra: sine
radicib⁹: sine hūore: sine semīe: nō h̄rba: nō arbor: nō fruges ori
ri aut generari possunt! Vnde apparet nihil ex atomis fieri: q̄n̄ q̄
dem unaqueq; res habet propriam certamq; naturam: suū semē:
suam legem ab exordio datam. Deniq; Lucretius quasi oblitus
atomoz quos assererat: ut redargueret eos: qui dicunt ex nihilo
fieri omnia: his argumētis usus est: q̄ contra ip̄m ualere. Sic enī
dixit. Nā si de nihilo fierent: ex oīb⁹ reb⁹ omne genus nasci pos
set: nil semine egeret. Itē postea. Nil igit̄ fieri de niclo posse fatē
dū est Semine q̄n̄ opus est rebus: quo queq; creatę Aeris in tene
ras posset proferrier auras. Quis hunc putet habuisse cerebrum
cum hęc diceret: nec uideret sibi esse contraria! Nihil enim p̄ ato
mos fieri exinde apparet: q̄ semīe cuiusq; rei certum est: nisi for
te ignis & aque naturam ex atomis esse credemus. Quid q̄ du
rissimi rigoris materię: si ictu uehementiore collidantur ignis
excutitur! Nū in ferro aut silice atomi latent! Quis inclusit! Aut
cur sua sponte non emicant! Aut quomodo semina ignis in ma
teria frigidissima permanere potuerunt! Omitto silicem ac ferz:
orbem uitreū plenū aque: si tenueris in sole: de lumine quod ab
aqua refulget ignis accenditur: etiam ī durissimo frigore. Num
etiam in aqua ignem esse credendum est! Atqui de sole ignis ne
q̄state q̄dem accendi pōt: si certę in balaueris: uel si uapor leuis ali
quid attigerit: aut crustam marmoris: aut laminam paulatim per
minutissimos rores aqua concrefcit! Item de alitu terre aut ma
ris nebula existit: que aut dispersa humefacit quicquid texerit:
aut collecta in arduos montes in sublime uento rapta stipatur in
nubem: atq; imbres maximos deijcit. Vbi ergo dicimus liquo
res natos esse! Nū in uapore! Nū in alitu! Nū in uento! Atq; nihil
potest consistere: in eo quod nec tangit̄ nec uidetur. Quid ergo
de aīalibus loquor: in quorum corporibus nihil sine ratione siñ
ordine: sine utilitate: sine specie figuratum uidemus! Adeo ut

solertissima & diligentissima omnium partium membrorumque descriptio: casum ac fortunam depellat. Sed putemus artus & ossa & nervos: & sanguinem de atomis posse concrescere! Quid sensus: cogitatio: memoria: ingenium: quibus feminibus coaugmentari possunt! Minutissimis inquit. Sunt ergo alia maiora. Quo igitur inscabilia! Denique si ex invisibilibus sint quae uidentur: cur igitur nemo uidet! Sed siue uisibilia quae sunt in homine consideret: siue tactabilia quae ueniunt sub aspectu: ratione utraque constare quae non uidet! Quo ergo sine ratione coeuntia possunt aliquid efficere rationale! Videmus enim nihil esse in omni mundo: quod non habeat in se maximam mirabilemque rationem. Quaeque supra hominis sensum & ingenium est: cui rectius quam diuinae prouidentiae tribuenda est! An si simulacrum hominis & statuam ratio & ars fingit: ipsum hominem de frustis temere concurrentibus fieri putabimus! Et quod simile ueritatis in fictum: cum summum & excellens artificium: nihil aliud nisi umbram & extrema corporis lineamenta possit imitari! Num potuit humana solertia dare operi suum: aut motum aliquem: aut sensum! Omitto usum uidentium: audiendum: odorandum: ceterorumque membrorum: uel apparentium uel latentium mirabiles utilitates. Quis artifex potuit aut cor hominis aut uocem: aut ipsam fabricare sapientiam. Quis quae ne igitur sanus existimat: quod homo ratione & consilio facere non possit: id concursu atomorum passim coherentium perfici potuisse. Vides in quae deliramenta inciderunt: cum uolunt effectum curamque rerum deo dare. Concedamus tamen his: ut ex atomis fiant: quae terrena sunt: num etiam caelestia! Deos aiunt incorruptos aeternos beatos esse: solique dant immunitatem: ne concursu atomorum concreti esse uideantur. Si enim deos quoque ex illis constituissemus: dissipabiles fierent: seminibus aliquando resolutis: atque in naturam suam reuertentibus. Ergo si est aliquid quod atomi non effecerint: cur non cetera eodem modo intelligamus! Sed quaero antequam mundum primordia ista generarent: cur sibi dum habitaculum non edificauerunt: uidelicet nisi atomi coissent: caelumque fecissent: adhuc dum per medium in aere penderent. Quo igitur consilio: qua ratione de confuso aceruo se atomi congregauerunt: ut ex aliis inferius terrae conglobarentur: caelum desuper tenderetur: tanta siderum uarietate distinctum: ut nihil unquam excogitari possit ornatius! Tanta ergo quae uideat & talia potest existimare nullo effecta esse consilio: nulla prouidentia: nulla ratione diuina: sed ex atomis subtilibus

exiguus concreta eē tāta miracula. Nōne p̄digio simile ē: aut natū
eē hoīem: q̄ hęc diceret: aut extitisse: q̄ crederent ut Democritū: q̄
auditor ei⁹ fuit: uel Epicur⁹ ī quē uanitas oīs de Leucippi fonte p̄
fluxit! At enī sicut alii dicūt: nā mūdus effect⁹ est: q̄ tēlu & figu
ra caret. Hoc uero mlto ē absurdi⁹: si nā mūdum fecit: cōsilio &
rōe fecerit necesse ē. Is enī facit aliqd: q̄ aut uolūtate faciēdi habet
aut scientiam. Si caret sensu ac figura: quō potest ab ea fieri qd̄
& sensum habeat & figuram: nisi forte quis arbitretur naturam
animalium fabricatam tam subtilēa nō lentienti formari anima
riq; potuisse: aut istam celi speciem tam p̄uidenter ad utilitates
uiuentium temperatā: nescio quo casu: sine conditore: sine artifi
ce subito extitisse! Si qd̄ ingt ē Crypsippus qd̄ efficiat: ea quę ho
mo licet rōne sit p̄ditus facere non possit: id profecto ē maius
& fortius & sapientius hoīe: homo aut non pōt facere cęlestia:
ergo illud quod hoc efficiat uel effecerit superat homine; arte cō
silio: prudentia: potestate. Quis igit potest esse nisi de⁹? Natura
uero quam ueluti matrem esse rerum putant: si mentem non ha
bet: nihil efficiat unq̄ nihil molietur. Vbi enim non est cogitatio
nec motus est ullus nec efficacia. Si autem consilio utitur ad inci
piendū aliquid: rōe ad disponendum: arte ad efficiendum: uirtu
te ad cōsūmadum: potestate ad regendum & continendum: cur
natura potius q̄ deus nomine? Aut si concursus atomorum: uel
carens mēte natura: ea quę uidemus effecit: quęro cur facere cęlu;
potuerit: et urbem aut domū non potuerit! Cur montes marmo
ris fecerit: colūnas & simulachra non fecerit! Atqui non potue
rant atomi etiam ad hęc efficienda concurrere! Si quidē nullā po
sitionem relinquūt: quā nō experiāt. Nā de natura q̄ mentē non
habeat: non est mirandum: q̄ hęc facere oblita sit. Quid ergo est
utiq; deus cū inchoaret hoc opus mūdi: quo nihil potest esse: nec
dispositius ad ordinē: nec aptius ad utilitatem: nec ornatius ad
pulchritudinē: nec maius ad molē: q̄ fieri ab homine nō poterāt
fecit ipse: in qb⁹ etiā hominē ipsum cui particulā de sua iapiētia
dedit: & instruxit eū rōne: quātum fragilitas terrēna capiebat: ut
ipse sibi efficeret: quę in usus suos essent necessaria. Si uero in hu
ius mundi (ut ita dixerim) republica nulla prouidentia est: quę
regat: nullus deus qui administret: nec omnino sensus ullus ī hac
rerum natura pollet. Vnde igitur mens humana tam solers: tam

intelligens orta esse credeſ? Si enī corpus hōis ex humo fictū eſt:
uñ hō nomē accepit! Anim⁹ ergo q̄ ſapit: rector eſt corporis: cui
mēbra obſequūt: tāq̄ regi & ĩpatori: q̄ nec aſpici: nec cōphēdi po
teſt: nō potuit ad hōie; niſi a ſapiēte nā puenire: ſ; ſicut oē corp⁹
mens & anim⁹ gubernat: ita & mūdū de⁹. Nec. n. uerifimile eſt:
ut minora & hūilia regimē habeāt: maiora & ſūma nō habeant.
Deniq; M. Cicero ĩ tuſculanis & ĩ cōſolatōe aīorū ĩgt. Nulla in
terris origo inueniri poteſt: nihil eſt inquit in animis mixtū atq;
cōcretū: aut quod ex terra natum atq; factum eſſe uideatur: nihil
ue humidum: quod aut flabile aut igneum. His enī naturis nihil
ineſt quod uim memorię: mentis: cogitationis habeat: quo & p̄
terita teneat: & futura prouideat: & complecti poſſit pręſentia:
quę ſola diuina ſunt: nec enim inueniuntur unquam unde ad ho
minē uenire poſſint niſi a deo. Exceptis igiſ duobus tribuſue ca
lūniatorib⁹ uanis: cū cōſtat diuina prouidētia mūdū regi: ſicut &
factus eſt: nec ſit quiſq̄ qui Diagore Theodoriq; ſententiam uel
Leucippi inane cōmētū: uel Democriti Epicuriq; leuitatem prę
ferre audeat auctoritati: uel illorū ſeptem priorū: qui ſunt appella
ti ſapientes: uel Pythagore: uel Socratis: uel Platonis: cęterorūq;
philofophorum: qui eſſe prouidentiam iudicauerunt. Falſa igiſ
eſt & illa ſententia: qua putant terroris ac metus gratia religionē
a ſapientibus inſtitutam: quo ſe homines imperiti a peccatis ab
ſtinerent. Quod ſi uerum ſit: ergo deriſi ab antiquis ſapientib⁹
ſumus. Q; ſi fallendi noſtri: atq; adeo totius generis humani cā
cōmentati ſunt religionem: ſapientes igiſ non fuerunt: quia in ſa
piente non cadit mendacium. Sed fuerit ſapientes: quę tanta foe
licitas menciendi: ut nō tātūmodo indoctos: ſed Platonē quoq;
ac Socratē fallerent: et Pythagora; Zenonē: Ariſtotelē maxia;
ſectarū p̄ncipes tam facile deluderent. Eſt igitur diuina prouiden
tia: ut ſenſerūt hi homines quos noiāui: cuius ui ac poteſtate oīa
quę uidemus & facta ſunt & reguntur. Nec enī tanta re; magni
tudo: tāta diſpoſitio: tāta in ſeruādis ordinibus tēporibuſq; cō
ſtantia: aut olī poſuit ſine prouido artifice oriri: aut conſtare tot ſe
culis ſine incola potēti: aut ĩperpetuū gubernari ſine perito ac ſi
ne re ſtore: quod ratio ipſa declarat. Quicqd eſt enī qd' habet rō
nem: rōne ſit ortum neceſſe eſt. Ratio aut ſentientis ſapiēti ſq; na
tura: nihil aliud poteſt eſſe q̄ de⁹. Mūdus aut quoniā eā ratione;

habet qua & regitur & constat: ergo a deo factus est. Qd' si est conditor rectorq; mundi deus: recte igit' ac uere religio constituta est. Auctori enī reꝝ parentiq; cōi bonos ueneratioq; debetur.

Cap. xi. Vtrū uni⁹ dei an pluriū deoꝝ puidētia mundus regatur & constet.

Voniā cōstitit de puidētia: seqt' ut doceam⁹ utꝝ ne mltō rū eē credēda sit: an poti⁹ uni⁹. Satis (ut opinor) docuimus uel ostēdim⁹ ī n̄is īstitutionib⁹: deos mltos eē nō posse: qꝫ diuina uis ac ptās si distribuāt ī plures: diminui⁹ utiq; & mortal' est. Si uero mortalis nō ē: nec minui nec diuidi pōt: de⁹ igit' unus ē: in quo uis & ptās cōsūmata: nec minui pōt nec augeri. Si aut' sūt multi: dū habēt singuli ptātis aliqd ac numinis: sūma ipa decrefcit: nec poterūt singuli habē totū: qd' ē cōe cū pluribus: unicuiq; tātū deerit: q̄tū ceteri possidebūt. Nō possūt igit' ī h̄ mūdo multi esse rectores: nec in una domo mlti dñi: nec in nauī una multi gubernatores: nec in armento aut grege duces mlti: nec in uno regimine multi reges. Sed nec in cēlum quidem multi soles esse poterūt: sicut nec animę plures in uno corpore: adeo in unitate natura uniuersa consentit. Quod si mūdū spūs itus alit: totamq; ī fusa per artus. Mens agit molē: & magno se corpore miscet: apparet testimonio poetę unum esse mūdi habitatorē deum. Si quidem corpus omne: nisi ab una mēte incoli regiꝝ nō pōt: oēm igit' diuinā potestatē necesse est in una eē: cui⁹ nutu & imperio regantur oīa: & ideo tantus est: ut ab homine nō possit aut uerbis enarrari: aut sensibus extimari. Vnde igitur ad homines opinio multoꝝ deoꝝ persuasione peruebitur? Nimirum hi omnes qui coluntur ut dii: homines fuerūt: & iidē primi: ac maximi reges: sed eos aut ob uirtutem: quia profuerant hominū generi diuinis honoribus affectos esse post mortem: aut ob beneficia & inuenta: quib⁹ humanam uitā excoluerāt: immortalē memoriā cōsecutos: quis ignorat? Nec tantū mares: sed & foeminas. Quod cum uetustissimi gręcię scriptores: quos illi theologos nūcupāt: tum etiā romani gręcos secuti et imitati docēt: quoꝝ p̄cipue Eubemerus ac noster Ennius: qꝫ eoꝝ omniū natales: cōiugia: p̄genies: īperia res gestas: obit⁹: simulachra demōstāt. Et secut⁹ eos Tullius tertio de natura deoꝝ libro dissoluit publicas religiones: sed ta-

mē uerā quā ignorabat: nec ipse nec alius quisq̄ potuit inducere. Adeo & ipse testatus est: fallū quidem apparere: ueritatem tamē latere. Vtinā inquit tam facile uera inuenire possem: q̄ falsa conuincere. Quod quidē non dissimulanter ut academicus: sed uere atq; ex animi sn̄ia proclamauit: q; ueritas hūanis sensibus erui non pōt: quod assequi uoluit hūana prouidentia: id affecutus ē: ut falsa detegeret. Quicquid enim fictum & comenticium: quia nulla ratione subnixum est: facile dissoluitur. Vnus est igit̄ princeps & origo reꝝ deus: sicut Plato in thimēo et sensit & docuit: cuius maiestatem tantā eē declarat: ut nec mente cōprehendi: nec lingua exprimi possit. Idem testat̄ Hermes: quē Cicero ait in numero deoꝝ apud egyptios haberi: eum scilicet qui ob uirtutem multarumq; artium scientiam Trismegystus nominatus: et erat non modo Platone: uerum Pythagora: septemq; illis sapientib⁹ longe antiquior. Apud Xenophontē Socrates disputans: ait formam dei non oportere cōquiri. Et Plato in legum libris. Quid omnino sit deus: non esse quērendum: quia nec inueniri possit: nec enarrari. Pythagoras quoq; unum deum confitetur dicens: ī corporalē eē mētem: q̄ p̄ oēm reꝝ nām diffusa & itenta: uitalem sensū cūctis aīantib⁹ tribuat. Antisthenes autem in physico unus esse naturalem deum dixit: quāuis gentes: & urbes suos habeant populares. Eadem fere Aristoteles cu; suis peripatheticis. Et Zenon cum suis stoicis. Lōgum est enim singulorum sententias exequi: licet diuersis nominibus sint abusi: ad unam tamen potestatem: quę mundum regeret concurrerunt. Sed tamen summum deum cū & philosophi & poetę: & ipsi deniq; qui deos colunt sepe fateant̄: de cultu tamen & honoribus eius nemo unq̄ requisit: nemo disseruit: ea scilicet persuasionē: qua semper beneficuz incorruptum credentes: nec irasci eū cuiq;: nec ullo cultu indigere arbitrantur: adeo religio esse non pōt: ubi metus nullus est.

Cap. xii. Quod religio sit & hominis sit.

Vnc quoniā respondimus impię quorūdam detestabiliq; prudentię uel poti⁹ amētię: redeamus ad ppositum. Diximus religione sublata: nec sapientiam teneri posse nec iusticiam: dū diuinitatis itellect⁹: quo differim⁹ a beluis in hoīe solo repiat iusticiam: qua nisi cupiditates n̄as deus qui falli non potest:

cohercuerit: scelerate ipseque uiuerem⁹. Spectari ergo act⁹ nostros
a deo nō mō quo ad utilitatē cōis uite attinet: s; etiā ad ueritatē: q̄
religione iusticiaq; detracta: uel ad stulticiā pecudū amissa rōne
deuoluimur: uel ad bestiaꝝ imanitātē imo uero āpli⁹: siqdem be
stie sui generis aīalib⁹ parcūt. Quid erit hoīe truculēti⁹? Quid ī
mitius: si dempto metu supiore: uim legū aut fallē potuerit: aut
cōtēnere? Timor igit⁹ dei sol⁹: q̄ custodit hominū it se societātē:
p̄ quē uita ipsa sustinet: munit: gubernat. Is aut timor auferē: si
fuerit homini persuasum: q̄ irē sit expers deus: quē moueri & in
dignari nō modo cū iniusta fuerit cōis utilitas: sed etiam rō ipsa
& ueritas p̄suadet. Rursus nobis ad supiora redeundum est: ut
quia docuimus a deo factū esse mūdū: doceam⁹ quare sit effect⁹

Cap. xiiij. Q. oīa tā bona q̄ mala hōis gratia facta sunt.

I consideret aliquis uniuersam mundi administrationem
intelliget profecto: q̄ uera sit sententia stoicorum: q̄ aiunt
nostra causa mundum esse constructū: oīa enim quibus constat
queq; generat ex se mundus: ad utilitatem hominis accōmodata
sūt. Hō igni utit⁹ ad usum calefaciendi: & luminis & coquēdorū
ciborū: ferriq; fabricandi: utit⁹ fontibus ad potuy: & ad lauachra
fluminibus: ad agros irrigandos: terminandasq; regiones. Utit⁹
terra ad percipiendam frugū ubertatem: collibus ad conferenda
uineta: montibus ad usum arborū atq; lignorum. Utitur mari
nō solū ad cōmertia et copias ex longinquis regionib⁹ ferendas:
uerum etiam ad ubertatē oīs generis piscium. Qd̄ si his elemen
tis utitur: quib⁹ est p̄ximus: nō est dubiū quin & cēlo: quoniam
& cēlestium rerum officia ad fertilitatem terrē: ex qua uiuimus
temperata sunt. Sol irrequietis cursibus & spaciis inēqualib⁹ or
bes annuos cōficit: & aut oriēs diē p̄mit ad laborem: aut occidēs
noctē sup̄ducit ad req̄: & cū abcessu lōgi⁹ ad meridiē: tū acces
su p̄pius ad septētrionem. Hyemis & estatis uicissitudines facit:
ut & hibernis hūoribus ac pruinis in ubertatē terra pingueſcat:
& estiuis caloribus: ut uel herbidę fruges maturitate durentur:
uel q̄ sunt in hūidis incocta & feruefacta mitescāt. Luna quoque
nocturni temporis gubernatrix: & amissi ac recepti luminis uici
bus mēstrua spacia moderat: & cęcas tenebris horrētibus nōctes

fulgore suę claritatis illustrat: ut ęstiuu itinera & expeditiões & opera sine labore ac molestia cõfici possint. Siqdem nocte leues meli⁹ stipulę: nocte arida prata tõdētur. Astra etiã cętera ul' õrtu uel occasũ suo: certis stationib⁹ oportunitatis tēporũ sũministrāt S; & nauigiis q̄ min⁹ errabũdo cursu p̄ imēsũ uagētur regimen p̄bēt: cũ ea rite gubernator obseruās ad portũ destinati littoris p̄ uebat. Vētoꝝ spiritu attrahũt nubes: ut sata ibr̄ib⁹ irrigē: ut uites foetib⁹: arbuſta pomis exuberēt. Et hęc p̄ orbē uicib⁹ exhibētur: ne desit aliqñ: quo uita hominũ sustineat. Vt enī cęteras animantes eadē terra nutrit: & eiusedē foetu etiam muta pascuntur. Nũ etiã mutoꝝ causa deus laborauit: Minime: quia sunt ratõnis expertia. Sed intelligimus & ipsa & eodem modo in usum hominis a deo facta: partim ad uestitũ: partim ad operis auxilia: ut clarũ sit diuinã p̄uidētiã reꝝ & copiaꝝ abũdãtia hominũ uitam istsruere atq; ornare uoluisse: ob eãq; causã & aerē uolucris: & mare piscibus: & terrã quadrupedib⁹ impleuit. Sed academici contra stoicos differentes solent quęrere: cur si deus omnia hominum causa fecerit: etiã multa contraria & inimica & pestifera nobis reperiantur: tam in mari q̄ in terra. Quod stoici ueritatem non respicientes ineptissime repulerũt. Aiũt enī multa in gignētibus: & in numero aũt alium quoꝝ lateat utilitas: sed etiã p̄cessũ tempoꝝ inueniri: sicut iam plura prioribus secus incognita necessitas & usus inuenit. Quę tandem utilitas potest in murib⁹ in blatis in serpentibus reperiri: quę homini molesta & pernitiosa sunt! An medicina in his aliqua latet! Quę si est: inueniet aliqñ nēpe aduersus mala: cum id illi querantur esse omnino malum. Viperã ferunt exustã in cinerẽq; dilapsã: mederi eiusedē bestię morsui. Quãto melius fuerat eam prorsus nõ esse: q̄ remedium cõ se ab ea ipsa desiderari! Breuius igitur ac uerius respondere potuerunt in hũc modũ. De⁹ cũ formasset hominẽ: ueluti simulacrũ suũ: qđ erat opificũ sũmũ: istspirauit ei sapiētiã soli: ut oĩa ıperio ac ditioni suę subiugaret: oĩbusq; mundi commodis uteretur: proposuit tamē ei & bona & mala: quia sapientiam dedit: cui⁹ oīs rō in discernendis malis ac bonis posita est. Non potest enim quisq; eligere meliora & scire qđ bonũ sit: nisi sciat simul reicere ac uitare: quę mala sunt iuicē sibi alterutrũ cõnexa sunt: ut sublato alterutro: utrunq; sit tolli necesse. Propositis igitur

bonis malisque: tum demum opus suum pagit sapientia: equidem bonum appetit ad utilitatem: malum reiicit ad salutem. Ergo sicut bona innumerabilia data sunt homini quibus frui posset: sic & mala que cauere. Nam si malum nullum sit periculum: nihil denique quod ledere hominem possit: tollitur omnis mens sapientie: nec erit homini necessaria. Positis enim tantummodo in conspectu bonis: quod opus est cogitatione: intellectu: scientia: ratione! Quocumque porrexit manum: id nature aptum & commodum fit: ut si quis uelit apparatusissimam coenam infantibus: quod nondum sapiant apponere: utique id appetent singuli: quo unumquemque aut impetus: aut fames aut etiam casus attraxerit: & quicquid supererint: id illis erit utile ac salubre. Quid igitur nocebit eos sicuti sunt permanere: & semper infantes: ac nescios esse rerum! Si autem admisceas uel amara uel inutilia: uel etiam uenenata: decipiuntur utique per ignorantiam: boni ac mali: nisi accedat his sapientia: per quam habeant malorum reiectionem bonorumque delectum. Vides ergo magis propter mala opus bonis esse sapientia: que nisi fuissent proposita: rationale animal non essemus. Quod si haec ratio uera est: quam stoici posuerunt: dissoluitur etiam argumentum illud Epicuri. Deus inquit aut uult tollere mala & non potest: aut potest et non uult: aut neque uult neque potest: aut & uult & potest. Si uult & non potest: imbecillitas est: quod in deum non cadit. Si potest & non uult inuidus: quod eque alienum est a deo. Si neque uult neque potest: & inuidus & imbecillitas est: ideoque neque deus. Si & uult & potest: quod solum deo conuenit. Unde ergo sunt mala! Aut cur illa non tollit! Scio plerosque philosophorum: qui prudentiam defendunt: hoc argumento perturbari solere: & inuitos pene adigi: ut deum nihil curare fateantur: quod maxime querit Epicurus: sed nos ratione perspecta: formidolosum hoc argumentum facile dissoluimus. Deus enim potest quicquid uult: & imbecillitas uel inuidia in deo nulla est. Potest igitur mala tollere: sed non uult: nec ideo tamen inuidus. Idcirco enim non tollit: quia & sapientiam sicut & dicitur cui simul tribuit: & plus boni ac iocunditatis in sapientia est: quam in malis molestie. Sapientia etiam fecit: ut etiam deum cognoscamus: & per eam cognitionem immortalitatem assequamur: quod est summum bonum. Itaque nisi prius malum cognouerimus: nec bonum poterimus agnoscere. Sed hoc non uidit Epicurus: nec alius quisquam: si tollantur mala: tolli pariter sapientiam: nec ulla in homine uirtutis remanet uestigia: cuius

rō ī sustinēda: et sup̄ada maloꝝ acerbitate consistit. Ita p̄p̄t̄ exiguū
cōpēdiū s̄blatoꝝ maloꝝ: maxio et uero & p̄p̄o nobis bono care
rem⁹. Cōstat igit̄ oīa, p̄p̄t̄ hoīem, p̄posita: tā mala q̄ etiam bona.

Cap. xiiii. Cur deus fecerit hominem.

Equitur (ut ostendam) cur fecerit hominem ipsuꝝ de⁹: sicut
mundū p̄p̄t̄ hominē machinatus est: ita ipsum p̄p̄t̄ se
tanq̄ diuini templi antistitem: spectatore operū rerūq; celestiuꝝ.
Solutus enim: q̄ sentiēs capaxq; rōnis intelligere possit deum: q̄
opera eius admirari uirtutem: potestātēq; perspicere. Iccirco enī
consilio: mente: prudentia instructus est. Ideo solus p̄p̄t̄ cete
ras animantes rectus corpore: ac statu factus est: ut ad contempla
tionem parentis sui excitatus esse uideatur. Ideo sermonem sol⁹
accepit: ac linguam cogitationis interpretem: ut enarrare maiesta
tem domini sui possit. Postremo iccirco ei cuncta subiēcta sūt:
ut factori atq; artifici deo esset ipse subiēctus. Si ergo deus ho
minē suum uoluit esse cultorē: ideoq; illi tātū honoris attribuit:
ut reꝝ omniū dominaretur: utiq; iustissimū esse deum: uidelic; q̄
eū: q̄ tāta p̄stiterit amare & hominē: q̄ sit nobiscum diuini iuris
societate cōiunctus. Nec enī fas est cultorem dei: a dei cultore ui
olari. Vnde intelligit̄ religionis ac iusticię causa esse hominem
figuratum: cuius rei testis est Mar. Tu. ī libris de legib⁹ ita dicēs.
Sed omniū q̄ ī doctoꝝ hominū disputatōne uersantur: nihil est
profecto p̄stabilius: q̄ plane intelligi nos ad iusticiam esse natos.
Quod si est uerissimum: de⁹ ergo uult oēs homines esse iustos:
id est deū & hominē charos habere: deum scilicet honorare tanq̄
patrem: hominē diligere uelut fratrem. In his enim duobus tota
iusticia consistit. Qui ergo aut deum non agnoscit: aut homini
nocet: iniuste & contra naturam suam uiuit: & hoc modo abru
pit institutum legemq; diuinam.

Cap. xv. Vnde ad hominē peccata perueniant.

It̄ fortasse q̄rat aliquis: unde ad hominē peccata peruenierit
aut que prauitas diuini instituti regulam ad peiora detor
serit: ut cui sit ad iusticiam genitus: opa tñ efficiat iniusta. Iā sup̄i
us explanauī simul deū p̄p̄o fuisse bonū ac malū: & bonū q̄dem
diligē: & malū q̄d̄ huic repugnat odisse: s; iō malum permisisse

ut & bonū emicaret: qđ' alteꝝ sine altero (sicut sepe docui) intel
ligim⁹ cōstare nō posse. Deniq; ipm mūdū ex duob⁹ elemētis re
pugnātib⁹: & iuicē copulatis eē cōcretū: igneo & hūido: nec po
tuisse lucē fieri: nisi & tenebrę fuissēt: q; nec supeꝝ pōt eē sine īfe
ro: nec oriēs sine occidēte: nec calidū sine frigidō: nec molle sine
duro. Sic & nos ex duob⁹ eque repugnātib⁹ cōpacti sumus: aīa
& corpore: quoꝝ alteꝝ cęlo ascribit⁹: q; tenue ē & ītractabile: alte
rū terre: q; cōphēibile ē. Alteꝝ solidū & ęternū est: alteꝝ fragile
atq; mortale. Ergo alteri bonū adheret: alteri malū. Alteri lux.
uita: iusticia: alteri tenebrę: mors: iusticia. Hīc extitit ī hōibus na
ture suę deprauatio: ut eēt necesse constitui legē: qua possent &
uicia phiberi: et uirtutis officia īperari. Cū igit̄ sint ī reb⁹ hūanis
bona & mala: quoꝝ rōem declarauī: necesse est ad utrāq; partem
moueri deū: & ad grām: cum iusta fieri uidet: & ad irā cū cernit
iniusta. Sed occurrit nobis Epicurus ac dicit. Si est in deo lęticie
affectus ad grām: & odii ad iram: necesse ē habeat & timorē &
libidinē & cupiditatē: cętero s; affectus q; sunt ībecillitatis hūa
nę! Non est necesse ut timeat qui irascit⁹: aut męreat qui gaudet.
Deniq; iracūdi minus timidi sunt: & natura lęti minus męrent.
Quid opus est de humanis affectib⁹ dicere: quib⁹ fragilitas nra
succumbit! Considerem⁹ diuinā necessitatē: nolo enī naturā dicē:
q; deus nunq̄ creditur natus. Timoris affectus habet in homine
materiam: in deo nō habet. Homo q̄a multis casibus periculisq;
subiectus est: metuit ne qua uis maior existat: quę illum uerberet
spoliet: laceret: affligat: interimat. Deus aut̄ in quē nec egestas: nec
iniuria: nec dolor nec mors cadit: timere nullo pacto potest: quia
nihil est quod ei uim possit inferre. Item libidinis rō in homine
manifesta est. Nam quia fragilis & mortalis est affectus: necesse
fuit alterum sexum: diuersumq; cōstitui: cui⁹ pmixtione soboles
effici possent: ad cōtinēdā generis ppetuitatem. Hęc aut̄ libido in
deo locum nō habet: q; & fragilitas: & interitus ab eo alienus ē:
nec ulla est apud eū foemīa: cui⁹ possit copulatione gaudere: nec
successione indiget: qui semper futurus est. Eadem de inuidia &
cupiditate dici possunt: q; certis manifestisq; de causis ī homine;
cadunt: in deū nullo mō. At uero & grā: & ira & miseratio ha
bent in deo materiam: recteq; illis utitur summa illa & singula
ris potestas ad rerum conseruationem.

Cap. xvi. Quę materia sit in deo miserationis: grę uel irę.

Verit quis piā quę sit ista materia. Primum accidentibus malis afflictī hoīes ad deum plerūq; confugiūt: mitigant: obsecrant: credentes eū posse ab his iniuriis propulsare. Habet igitur cām miserandi: nec enī tā imitis ē hominūq; cōtēptor: ut auxiliū laborantib⁹ deneget. Itē plurimi qb⁹ persuasum est deo placere iusticiā: eūq; q sit dñs ac parens omnium uenerantur cu; p̄cibus assiduis ac frequētibus uotis: dona & sacrificia offerunt nomen eius laudibus p̄sequūt: iustis ac bonis opibus demereri eū laborātes. Ergo est p̄pt qd' de⁹ & possit & debeat gratificari. Nam si nihil est tam cōueniēs deo: q̄ beneficentia: nihil autē tam alienum: q̄ ut sit ingratus: necesse ē ut officiis optimoꝝ sancteq; uiuētū p̄stet aliquid: ac uicem reddat: ne subeat ingrati culpam q̄ ē etiā homini criminosa. Contra aut sunt alii facinorosi & nefarij: qui libidinib⁹ oīa polluat: cędib⁹ uexēt: fraudēt: rapiāt: p̄iurent: nec cōsanguineis: nec parentib⁹ parcāt: leges & ipsum etiam deum negligāt: habet igit ira in deo materiā. Nō est enim fas eū cū talia fieri uideat nō moueri: & insurgere ad ultionem sceleratoꝝ: & pestiferos nocētēsq; delere: ut bonis oībus cōsulat. A deo & in ipso ira est & gratificatio. Inania ergo & falsa reperiuntur argumenta: u' eoꝝ qui cū irasci deū uolūt: gratificari uolunt: q̄a ne hoc quidē fieri sine ira pōt: uel eorū q̄ nullū animū motū esse in deo putant. Et q̄ sunt aliq̄ affect⁹: qui non cadunt in deum: ut libido: timor: auaritia: mēror: inuidia: omnipros⁹ affectu eum uacare dixerūt. His enī uacat: quia uicioꝝ affectus sunt. Eos autē qui sunt uirtutis: id est ira in malos: charitas in bonos: misratio in afflictos: quoniā diuina potestate sunt digna: proprios & iustos & ueros habet. Quę p̄fecto nisi habeat hūana uita turbabit atq; ad tantā cōfusionē deueniet status rerū: ut contemptis superatisq; legibus sola regnet audacia: ut nemo deniq; tutus esse possit: nisi qui uiribus p̄ualeat. Itaq; quasi cōmuni latrocinio terra omnis depopulabitur. Nunc uero quoniam & mali poenam: & boni grām: & afflictī opem sperant: & uirtutibus locus: & scelera rariora sunt. At enī plerūq; & scelerati foeliciores sūt: & boni miserieores: & iusti ab iniustis impune uexant. Cōsiderabim⁹ postea cur ista fiant. Interim de ira explicem⁹: an sit aliqua ī deo: utrum nihil curet omnino: nec moueatur ad ea quę impie gerūt

Capitulum .xvii. Quod deus administrat mundū: & regit
hominū act⁹: et p̄ cōsequēs irascit̄.

Eus inquit Epicurus nihil curat: nulla; igitur habet p̄tate;. Curare enī necesse est eū qui habet potestatem: uel si habet & nō utit̄: q̄ tāta ē negligendi causa: ut ei non dicam nost̄ gen⁹: sed etiā mundus ipse sit uilis. Ideo inq̄t incorrupt⁹ ē ac beatus: q̄ semper quietus. Cur ergo administratio tātarum rerum cessit: si hęc a deo negligātur: quę uidemus rōne summa gubernari? Aut quietus esse quō potest: qui uiuit & sentit? Nam quies aut somni res est: aut mortis: sed nec somnus habet quietem. Nam cum soporati sumus: corpus quidem quiescit: animus autē irrequietus agitur: imagines sibi quas cernit effingit: ut naturalē suum motum exercent uarietate uisorum: auocatq; se a falsis: dum mēbra saturētur: ac uigorē capiāt de quiete: quę igitur sempiterna soli⁹ mortis est. Si autē mors deū non attingit: deus igit̄ nunq̄ quietus est. Dei uero actio quę potest esse nisi mundi administratio? Si uero mūdi curam gerit: curat igit̄ hominū uitā de⁹: ac singulorū act⁹ aīaduertit: eosq; sapientes ac bonos eē desiderat: hęc est uolūtas dei: hęc diuina lex: quā qui sequitur: qui obseruat deo carus est. Necesse est igitur ut ira moueatur aduersus eum: qui hanc eternā diuinamq; legem aut uiolauerit: aut spreuerit. Si nocet alicui de⁹ iam bonus non est. Non exiguo falluntur errore: qui censuram siue humanam siue diuinam acerbitatis nomine infamant: putātes nocentem dici oportere: qui nocentes afficit poena. Quod si est: nocentes igitur leges habemus: quę peccantibus supplicia sanxerunt: nocētes iudices q̄ scelere cōuictos poena capitis afficiūt. Quod si et lex iusta est: quę & nocenti tribuit quod meretur: & iudex integer ac bonus dicitur: cū malefacta uindicat. Bonorum enim salutem custodit: qui malos punit: ergo & deus cum malis obest nocens non est. Ipse est autē nocens: qui aut innocenti nocet: aut nocenti parcit ut pluribus noceat. Libet quęrere ab his qui deum faciunt immobilem. Si quis habeat rem: domum familiam feruiq; eius contemnentes patientiam dñi omnia eius inuaserint ipsi bonis eius fruātur: ipsos familia eius honoret: dominus autē contemnatur: ab omnibus derideat̄: relinquat̄: utrum ne sapiens esse possit: qui contumelias nō uindictet: suisq; rebus eos perfrui patiatur: in quos habeat potestatem? Quę tanta in quoq; potest

patiētia reperiri: si tñ patientia noīanda est: & nō stupor quidē
insensibilis: s; facile est ferre cōtēptū. Quid si fiāt illa quę a Ci-
cerone dicunt: Etenī quęro si q; pater familias liberis suis a seruo
interfectis: uxore occisa: & incēia domo: suppliciū de seruo nū
q̄ acerrimū sumpserit: utrū is clemēs: an mīericors an inbuma-
nus: & crudelissim⁹ eē uideat: Qd si eiusmōi facinorib⁹ igno-
scere crudelitatis est poti⁹ q̄ pietatis: nō est ergo uirtutis in deo
ad ea quę iniuste fiūt nō cōmoueri. Nā mūdus tanq̄ dei domus
est: & hoīes tanq̄ serui: qbus si ludubrio sit nomē ei⁹ qualis aut
quāta patiētia est: ut honorib⁹ suis cedat: praua & iniqua fieri ui-
deat & nō indignet: qd ppū & naturale est: ei cui peccata nō pla-
cēt: irasci ergo rōis est: auferunt enī delicta: & refrenat licētia: qd
utiq; iuste sapiēterq; fit. Sed stoici nō uiderūt esse discrimē re-
cti: & prauī esse iram iustam & iniustā: & q; medelā rei nō inue-
niebant: uoluerūt eam penitus excidere. Peripathetici uero nō ex-
cidēdā: s; temperādā esse dixerūt: qbus in sexto libro institutio
nū satis respondim⁹. Nescisse aut philosophos q̄ ratio est; irę:
apparet ex diffinitionib⁹ eorū quas Seneca enumerauit in libris
quos de ira cōposuit. Ira ē inq; cupiditas ulciscēde iniurię. Alij
(ut ait Poslidoni⁹) cupiditas puniēdi ei⁹ a quo te inique putes le-
sum. Quidā ita diffinierūt. Ira est incitatio animi ad nocēdū ei
qui aut nocuit: aut nocere uoluit. Aristotelis diffinitio a nostra
nō multū abest. Ait enī irā esse cupiditatē doloris respōdēdi
Hęc est ira de qua superi⁹ dixim⁹: quę etiā mutis inest. In hoīe
uero cohibēda est: ne aliqd maximū p̄liat p̄ furorē: hęc in deo
esse non pōt: q; illēibilis est: in homīe aut q; fragilis est inuenit.
Inurit enī lēsiō dolorē: & dolor facit ultionis cupiditate;. Vbi
est ergo ira aduersus deliquētes: quę utiq; nō est cupiditas ul-
tionis: q; nō p̄cedit iniuria. Nō dico de his q; aduersus leges pec-
cāt: qbus & si iudex sine crimīe irasci pōt: fingam⁹ tñ eū ledato
animo esse debere: cū subijcit poenę nocētē q; legu; fit minister
nō animi aut potestatis suę. Sic enī uolūt q; iram conant euellere
Sed de his potissimū dico: q; sunt nostrę potestatis: ut serui libe-
ri: & cōiuges: & discipuli: quos cū delinq̄re uidem⁹: incitatur
ad cohercēdu;. Necessē est enī omni bono ac iusto displicere q̄
praua sunt: & cui malū displicet: mouet cū id fieri uideat. Ergo
surgim⁹ ad uindictā nō q; lēsi sumus: sed ut disciplina seruet:

mores corrigāt: licētia cōprimat. Hęc est ira iusta: quę sicut ī ho-
mie necessaria est ad prauitatis correctōe; sic utiq; in deo a quo
ad hominē puenit exēplū. Nā sicuti nos potestati nostrę subie-
ctos cohercere debem⁹: ita etiā peccata uniuersoꝝ de⁹ cohercere
debet: qđ ut faciat irascat⁹ necesse est: q; naturale est bono ad alte-
rius peccata moueri & incitari. Ergo diffinire debuerūt. Ira est
mot⁹ animi ad cohercēda peccata insurgētis. Nā diffinitio Cice-
ronis. Ira est libido ulciscēdi: nō multū a supioribus distat. Irā
aūt quā possum⁹: uel furorē uel iracūdiā noiare: hęc non in hoīe
qdem debet esse quę tota uiciofa est. Ira uero q̄ ad correctōe; ui-
cioꝝ p̄inet: nec hoī adimi debet nec deo pōt: q; & utilis est reb⁹
humanis & necessaria.

Capitulū. xviij. Quod sine ira peccata non corrigunt.

Vid opus est inquit ira: cū sine hoc affectu peccata corri-
gi possunt! Atq; nullus est q peccantē possit uidere trāq̄lle.
Possit fortasse q legib⁹ p̄sudet: q; facin⁹ nō sub oculis eius ad-
mittit: moueri aduersus euz q pōt innocens inueniri. Cūq; de-
tectū facinus in lucē uenerit: iam non sua sed legum sentētia utiē
pōt cōcedi ut sine ira faciat: habet enim qđ sequat⁹. Nos certi cū
domi peccat⁹ a nostris siue id cernim⁹ siue sentimus: indignari
necesse est. Ipse enim peccati aspectus indignus est. Nā q nō mo-
uet omnino: aut probat delicta: quod est turpius & iniusti⁹: aut
molestiā castigādi fugit: quā sedat⁹ anim⁹ & qeta mens asperna-
tur ac renuit nisi stimulauerit. Qui aūt cōmouet: tamen intem-
pestiua leuitate uel sepi⁹ q̄ necesse est: uel etiā semper ignoscit: is
plane & illorū uitā perdit: quorū audaciā nutrit ad facinora ma-
iora: & sibiipsi eternā molestiaꝝ materiam sūministrat. Vicio-
fa est ergo in peccatis irę suę cohibitio. Laudatur Archita taren-
tinus: qui cū in agro corrupta esse oīa comperisset: uillici sui cul-
pam redarguēs. Miserū te inquit: quē iam uerberib⁹ necassem:
nisi iratus essem. Vnicū hoc exemplum tēperantię putant: sed
auctoritate ducti non uident q̄ inepta & locutus fuerit & fece-
rit. Nā sicut ait Plato nemo prudens punit q; peccatū est: sed ne
peccet. Apparet q̄ malum uir sapiēs p̄posuerit exemplum: si enī
fenserint serui dominum seuire cū non irascit⁹ suum: tum pecca-
re cum irascitur: nō peccabūt utiq; leuiter ne uerberent. Sed q̄tu;

potuerunt grauissime ut stomachus cum his incitent: atque impune discedant. Ego uero laudarem si cum fuisset iratus: dedisset irę suę spacium: ut residente per interuallum temporis animi timore: haberet modum castigationis. Non ergo propter irę magnitudinem donanda erat poena: sed differenda ne aut peccati maiorem iusto dolorem inureret: aut castiganti furorē. Nunc uero quę tandem equitas: aut quę sapientia est: ut aliquis ob exiguum dolorem puniatur: aut maximum non puniatur? Quod si naturam rerum causasque didicisset: nunquam tam importunam continentiam profiteretur: ut nunquam seruus iratum sibi fuisse dominum gratularetur. Nam sicut corpus humanum deus multis & uariis sensibus ad usum uitę necessarijs instruxit: sic & animo uarios attribuit affectus: quibus uitę ratio constaret: ut libidinem proinde gratia sobolis dedit: sic iram; cohibendoque causa delictorum. Verum hi qui nesciunt fines bonorum ac malorum: sicut libidine utuntur ad corruptelas & ad uoluptatem: sic iram & affectum ad nocendum: dum his quos odio habent irascuntur & paribus aut etiam superioribus. Hinc quotidie ad maxima facinora profiliunt: hinc tragoedię sepe nascuntur. Est igitur laudandus Architas: si cum alicui cuius & pari facienti sibi iniuriam fuisset iratus: coepisset se tantum & patientia furoris impetum mitigasset. Hęc sui cohibitio gloriosa est: quam coepescit aliquid imminens magnam malum seruum aut filium: quę peccata non cohercere peccatum est. Euadent enim ad maius malum pro impunitatem: hic non cohibenda ira: sed etiam si iacet excitanda est. Quod autem de homine dicimus id etiam de deo qui hominem similem sibi fecit: omitto de figura dei dicere: quę stoici negant habere ullam formam deum. Et ingens alia materia nascitur si eos coarguere uelimus. De animo tantum loquor: si subiacet cogitare: sapere: intelligere: prouidere: prestare: ex omnibus autem animalibus homo solus hoc habet. Ergo ad dei similitudinem factus est. Sed ideo procedit in uiciam: quę de terrena fragilitate permixtus: non id quod a deo sumpsit incorruptum purumque seruare: nisi ab eodem deo iusticie preceptis imbuatur.

Capitulum. xix. Quę homo ex corpore uicia: & ex anima uirtutes habeat: & quę cum uelit deus homines bonos: eorum uicijs irascitur.

Ed quoniam compactus est (ut diximus) e duobus anima & corpore: in altero uirtutes: in altero uicia continentur: & impugnant se inuicem. Animi enim bona quę sunt in continendis

libidinib⁹ contraria sunt corpori: & corporis bona quę sunt in
omni genere uoluptatū inimica sunt aīo. S; si uirt⁹ animi repu-
gnauerit uoluptatib⁹: easq; cōpresserit: erit uere deo similis. Vn
de apparet aīa; homīs quę uirtutē diuinā capit nō eē mortalem.
S; discriminē illud est: qđ cū uirtus habeat amaritudinē: & sit dul-
cis illecebra uoluptatis: uincunt plurimi & abstrabunt ad suauit-
tatē. Hi uero q; se corpori rebusq; terrenis addixerūt premunt
in terrā: nec asseq; possunt diuini numinis gratiā: q; se uicioꝝ la-
bibus in gnauerūt. Qui autē deū secuti: eiq; parentes corporis de-
sideria cōtēpserint: & uirtutē p̄ferētes uoluptatib⁹ inocētiā iu-
sticiāq; seruauerint: hos de⁹ ut similes recognoscit. Cū igit̄ san-
ctissimā legē posuerit: uelitq; uniuersos innocētēs ac beneficos
esse: potest ne nō irasci: cū uidet cōtēni legē suā: abūci uirtutē: ap-
peti uoluptatē? Quod si est mūdi administrator sicut esse de-
bet: nō utiq; cōtēnit id qđ est in omni mūdo uel maximū. Si est
p̄uidus ut oportet: deū cōsulit utiq; generi humano: quo sit ui-
ta nostra & copiosior melior & tutior. Si est pater ac de⁹ uniuer-
soꝝ: certe & uirtutib⁹ hominū delectat̄ & uicijs cōmouet: ergo
& iustos diligit & impios odit. Odio inq; opus nō est: semel
enī statuit bonis premiū & malis poenā. Quod si aliq; iuste in-
nocent̄q; uiuat: & idē nec colat nec curet oīo (ut Aristoteles cete-
riq; philosophoꝝ) cedet ne huic ip̄one? Qđ cū legi obtēp̄raue-
rit: ip̄m tñ spreuerit: ē igit̄ aliqd p̄pter qđ de⁹ possit irasci tanq̄
fiducia integritatis aduersus eū rebellanti: si huic pōt irasci p̄pt̄
supbiā: cur nō magis peccatori q; legē cū ip̄o parit̄ latore cōtēpse-
rit? Iudex peccatis ueniā dare n̄ pōt: q; uolūtati seruit aliene. De⁹
aut̄ pōt: q; est legis suę ip̄se disceptator & iudex: quā cū poneret
nō ademit sibi oēs pt̄tē: sed habet ignoscendi licētiā.

Capitulum. xx. Quod maloru; foelicitas irę dei non contra-
dicat. Et sit deus patientissimus.

I potest igit̄ irasci: cur ergo inquiet aliq; & qui peccant se-
pe foelices sunt: & q; pie uiuūt sepe miferi? Quia fugitiui
& abdicati libere uiuūt: & qui sub disciplina patris aut domini
sunt strictius & frugalius. Virtus enim per mala & probat̄ &
constat: uicia per uoluptatem: nec tamen ille qui peccat sperare
debet perpetuam impunitatem: q; nulla est perpetua foelicitas:

sed scilicet ultima semp. Expectāda dies homini est: dicitq; beatus Ante obitū nemo: iupremaq; funera debet: ut ait poeta: non insuauis exit⁹ est q; arguit foelicitatē: & nemo iudiciū dei potest nec uiuus effugere nec mortu⁹. Habet enim potestatem & uiuos p̄cipitare de iummo: & mortuos ęternis afficere cruciatibus. Immo inqt si irascit de⁹: statim debuit uindicare: & pro merito quęq; punire. At enī si id faceret nemo supeffet. Nullus est enī q; nihil peccet: & multa sunt quę ad peccādū irritent: ętas: uiolentia: egestas: occasio: p̄miū. A deo subięta est peccato fragilitas carnis qua induti sumus: ut nisi huic necessitati deus parceret: ni mium fortasse pauci uiuerēt: p̄pter hęc causam patiēssimus est: & iram suā cōtinet. Nam q; perfecta est in eo uirtus: necesse est patientiā quoq; eius esse perfectā: quę & ipsa uirtus est. Quam multi ex peccatoribus iusti posterus effecti sunt ex malis boni: ex improbis cōtinentes. Quam multi in prima ętate turpes: & omniū iudicio damnati: postmodū tñ laudabiles extiterūt: qđ utiq; nō fieri: si omne peccatū poena sequerēt. Leges publice manifestos reos dānant: led plurimi sunt quoz peccata occultant: plurimi q; delatorē cōprimūt: aut p̄cibus aut p̄mio: plurimi q; iudicia eludūt per gratiā uel potentiā. Q; si eos omnes q; humanam poenā effugiunt: censura diuina damnaret: esset homo aut rarus aut nullus in terra. Deniq; uel una illa causa delendi generis humani iusta esse potuisset: q; homines contēpto deo uiuo: terrenis fragilibusq; figmētis honorem diuinum tanq; celestib⁹ deferūt: adorantes opera humanis digitis laborata. Cūq; illos de⁹ artifex ore sublimi statu recto figuratos: ad cōtemplatōem cęli & noticiā dei excitauerit: curuare se ad terrā maluerūt pecuduz modo. Humilis enī & curuus & pronus est: q; ab aspectu cęli deiq; patris aduersus terrā quā calcare debuerat idest de terra ficta & formata uenerant. In tanta igit impietate hominū tātisq; peccatis id assegtur patientia dei: ut se ipsi hoies dānantes: uite prioris erroribus corrigant. Deniq; & boni sunt iustiq; multi: & abięctis terrenis cultibus maiestatē dei singularis cognoscūt. Sed cū maxima: & utilissima sit dei patientia: tñ quīs lero noxi os punit: nec patitur longius procedere cum eos inemendabiles esse peruiderit.

Capi. xxi. Si deus irascitur: cur hominem irasci prohibuit?

Vpest una & extrema questio. Nā dixerit fortasse qspia;
a deo nō irasci deum: ut etiā in p̄ceptis hoīe, irasci uetet.
Possem dicere q̄ ira homīs refrēnanda fuerit: q̄ iniuste sepe ira
scitur: & p̄sentem habet motum: q̄ temporalis est. Itaq; ne fie
rēt ea quę faciūt per iram: & humiles & mediocres & magni re
ges temperari debuerit: furor eius & cōprimi: ne mētis impossi
bile aliquod inexplabile facin^s admitteret. De⁹ autē & nō ad p̄
sens irascit: & q̄ eternus est: perfectęq; uirtutis & nunq̄ nisi me
rito irascit. Sed tamen non ita res se habet. Nam si omnino pro
hibetur irasci: ipse quodāmodo reprehensor opificij sui fuisset:
q̄ in principio irā iecori hominis indidisset: siquidē credit cau
sam huius cōmotionis in humore fellis cōtineri. Non igitur in
totum prohibet irasci: q̄ is affectus necessario datus est: sed pro
hibet in iram permanere. Ira enim mortalium debet esse morta
lis: nā; si maneat: confirmant inimicitie ad p̄niciem sempiternā
Deniq; rursus eum irasci quidem: sed tamen non peccare p̄cep
tit: non utiq; euellit irā radicitus: sed temperauit: ut in omni ca
stigatione modū ac iusticiā teneremus. Qui ergo irasci non iu
bet: ipse utiq; irascit: q̄ placari celerius p̄cepit: est utiq; ipse pla
cabilis. Ea enim p̄cepit: quę sunt iusta & rebus utilia cōmuni
bus. Sed q̄ dixeram non esse iram dei tēperalem: sicut hominis
qui p̄sentanea commotione feruescit: nec facile regere se potest
propter fragilitatem intelligere debemus: q̄ sit eternus deus: irā
quoq; eius in eternū manere: sed rursū q̄ uirtute sit maxima p̄
ditus: in potestate habere iram suam: nec ab ea regi: sed ipsum il
lam quēadmodū uelit moderari: quod utiq; nō repugnat supe
riori. Nam si prorsus immortalis fuisset ira eius: non esse satisf
factioni: aut gratie post delictum locus: cum ipse homines ante
solis occasum reconciliari iubeat: sed ira diuina in eternum ma
net aduersus eos qui peccant in eternum. Itaq; deus nō thure: nō
hostia: nō p̄ciosis muneribus: quę omnia sunt corruptibilia:
s; morū emendatōe placat: & qui peccare desinit: irā dei morta
lem facit. Idcirco enim non ad p̄sens noxium quęq; punit: ut
habeat homo resipiscendi sui facultatem.

Capitulum. xxij. Epilogus & inductio auctoritatum Sibyl
le erithrę ad iram dei probandum.

Nec habui quę de ira dei dicerę. Donate charissime: ut scires
 quęadmodũ refelleres eos q̄ deũ faciũt immobilę. Restat
 ut more Ciceronis utamur epilogo: ad poradũ sicut ille ĩ tuscu-
 lanis de morte differēs fecit. Ita nos in hoc ope testimonia diui-
 na: q̄b̄ credi possit adhiberi debem⁹: ut illoꝝ p̄suasiões reuincamus:
 q̄ sine ira deũ eē credētes dissoluũt oēs religionē: sine q̄ (ut
 ostēdim⁹) aut ĩmanitate beluis: aut stulticia pecudib⁹ ad eęmur:
 In sola enī religiõē. i. in summi notione sapientia est. Prophete
 uniuersi diuino sp̄u repleti: nihil aliud q̄ de gr̄a dei erga iustos:
 & de ira ei⁹ aduersus ĩpios loquũt: quoꝝ testimõia nobis q̄dem
 satis sũt: ueꝝ bis q̄m nō credũt: isti q̄ sapientiã capillis & habitu
 iactāt: rōe quoq; & argumētis fuerāt a nobis refellēdi. Sic enim
 p̄postere agit: ut hũana diuinis tribuāt auctoritatē: cũ potius
 hũanis diuina debuerĩt. Quę nũc sane omittam⁹: ne nihil apud
 in istos agam⁹: & ĩfinitũ materia p̄cedet. Ea igit̄ q̄ram⁹ testimo-
 nia: q̄b̄ illi possint aut credere: aut certe non repugnare. Sibyllas
 plurimi & maximi auctores tradiderũt gręcoꝝ: Aristome⁹: &
 Apollodor⁹ Erithrę⁹: nostroꝝ Varro & Fęnestella. Hi oēs p̄-
 cipuã & nobile p̄t̄ cęteras Erithręã fuisse cōmemorāt. Apollo-
 dorus q̄dē ut de ciui & populari ūa gloria. Fęnestella uero eti-
 am legatos erithręos a senatu eē missos refert: ut hui⁹ Sibyllę car-
 mina romã deportarēt: & ea cōsules Curio & Octauius in capi-
 tolio q̄d tũc erat curãte Quinto Catulo restitutũ ponenda cura-
 rēt. Apud hęc de sũmo cōditore rerũ deo huiusmõdi uersus repe-
 riunt̄. ἄφθαρτος κτῆς ἡσ αἰδῖος αἰθέρα ναίων τοῖσ ἀκάκοῖσ
 ἰσ ἀκάκων πρόφέρων μείζονα μισθόν τοῖσ δεκάκοῖσ ἀκοῖ
 σεχόλον καὶ θυμόν ἐγείρων. i. incorruptibilis & conditor
 eternus in aere habitãs bonis bonũ p̄ferēs: iustis multo maiores
 mercedem. Iniustis aut̄ & malis iram & furorem excitãs. Rur-
 sus alio loco enumerãs: q̄bus maxime faci norib⁹ incitet̄ de⁹ hęc
 retulit. φεῦτε Δε λᾶ τρεῖας. ἀνόμους θεῶν ὄντι λάτρευε:
 μοι χειραστε φύλαδε. καὶ ἀρσενοῖδῖαν κοίτην εἶναι. γενε-
 ἄν παιδων τρεφε. μηδὲ φόνεῦε καί γάρ ἀθάνατος κεχολ-
 λώσεται ὅσκειν ἀμᾶτρῆ. i. fuge sceleratas ĩligiões: & uiuo deo
 serui: ab adulterio te abstine: & masculi p̄mixtiõē praua: p̄priã
 generatõē crea: & ne occidas. His enim deus immortalis irascit̄
 q̄ hęc agunt. Indignat̄ ergo aduersus peccatores.

Capitulū. xxiiij. Auctoritatibus aliarum Sibyllarū iram dei probat.

Erū q̄ plures (ut ostendi) Sibyllę a doctissimis auctorib⁹ fuisse tradunt: uni⁹ testimoniū fatis nō sit ad cōfirmandā (sicut intēdim⁹) ueritatē. Cum ex qdē uolumina qbus romanorū facta cōscripta sunt in arcanis habent. Ceterarū tñ fere omniū libelli: quo min⁹ in usu sunt oībus nō uetant. Ex quibus alia denūciās uniuersis gētib⁹ iram dei ob īpietatē hominū hoc mō exorsa est. ἐρχομένησ ὀργήσ μεγάλησ ἐπικόσμον ἀπαθῆ ἔσχατο εἰσ αἰώνα θεοῦ. μνήματα φέρω πᾶσι πρόφητεύσασα καί πόλιν ἀνθρώποισι. i. Veniēt irę magnę sup mūdū dei pnūciationes enarrās omnib⁹ hominib⁹ in urbibus pphetās Alia quoq; p indignatōem dei aduersus iniustos: cathacismum priore sęculo factum esse dixit: ut malitia generis humani extingueret. ἐξοῦ μνήσαντοσ ἐπουρανοῖο θεῖο καί ἀνταῖσι πόλεσι καί ἀνθρώποισι ἀπασι γῆν καλύψε θάλασσα κατακλισμοῖο ραγέντοσ. Ex quo irascēte celesti deo: ipsas ciuitates cū homib⁹ cūctis: & terraz mare cooperuit diluuiο rupto. Simili modo deflagrationē postea futura uaticinata est: qua rursus impietas hominū deleat. καί ποτέ τήν ὀργήν θεόν οὐχί τι πᾶνοντα: ἀλλά ἐξεμβρίθοντα γενεάν ἀνθρώπων. ἀλλάμα πασαν ὑπέμψησμοῦ πέρθοντα. Vnde apud Nafonē de Ioue ita dicit. Esse quoq; in fatis reminiscit affore tēp⁹ Quo mare quo tell⁹ corruptaq; regia cęli Adeat: & mūdi moles operosa laboret. Q̄ tūc fiat necesse ē: cū honor & cult⁹ dei summi apud homines interierit. Eadē tñ placari eū roenitētia factorū & sui emēdatōe cōtestās hęc addidit. ἀλλέλεει μετὰθεοῦ εβροτοίδη μηδέ πρόσ ὀργήν παντοινήν ἀτάγητε θεόν μέγαν. Oēs ergo hoīs trāfferte uos: neq; ad irā ducite deuz magnuz Item paulo post. οὐ κόλεσει πνασει δέ πάλιν χόλον ἐπᾶρα πάντες ευσεβέειν τόν θυμόν ἐνί φρεσί ἀσκήσητε. Neq; perdet: irę aut̄ parcat cū oēs pietatē ex mente percipietis. Deinde alia Sibylla: celestiuū terrenorūq; genitorem diligī oportere denunciāt: ne ad perdendos hoīs: indignatio ei⁹ insurgat. μήποτε θυμωθεῖσ θεός ἄφθιτοσ ἐξαπολέσει πᾶν γένος ἀνθρώπων βίοτον καί φύλον ἀναιδών Δεῖ γάρ ἔραν γενήθηρα θεόν σοφόν αἰέν ἔόντα. idest Ne forte iratus incoriup-

tibilis deus omne genus humanū perdat: uitā tribuat improbam.
Oportet enī genitorē deū amari: q̄ plen⁹ est & sapiēs. Ex his ap-
paret uanas esse rōes oīū; philosophoꝝ: q̄ deū putant sine ira &
inter ceteras laudes ei⁹ id ponūt: qd' est cōtra ip̄am maiestātē. Re-
gnū hoc imperiūq; terrenū nisi met⁹ custodiat soluiť. Aufer irā
regi nō mō nemo parebit: s; etiā de fastigio p̄cipitabit: immo
uero cuilibet humili eripe hūc affectū. Quis enim nō spoliabit?
Quis nō deridebit? Quis nō afficiet iniuria? Ita nec indumenta
nec sedē: nec uictū poterit habere: alijs q̄cqd' habuerit deripiēti-
bus: ne dū putem⁹ celestis ip̄erij maiestātē sine ira & metu posse
cōsistere. Apollo Milesius de iudeoꝝ religiōe cōsult⁹ responso
hoc indidit. Ἡ Δὲ θεὸν βασιλῆα καὶ γενητήρα πρὸ πάντων
ἔντρέμεται καὶ γεῖα καὶ οὐρανός ἡ δὲ θάλασσα τάρταροι
οἱ τὲ μυχοὶ καὶ δαίμονες ἀποφρίττουσι. Regē autē & ge-
nitorē omniū ante oīa quē terra cōtremiscit: celūq; & mare & la-
tebre tartareꝝ & demones abhorrescūt. Si tā lenis est q̄ philoso-
phi uolūt: quō ad nutū eius nō mō demones & ministri tandem
potestatis: s; etiā celū & terra: & reꝝ natura oīs contremiscit. Si
enī null⁹ alteri seruit nisi coact⁹: omē igit̄ ip̄erij metu cōstat: me-
tus autē p̄ irā. Na; si nō moueat q̄s aduersus parere nolentē: nec
cogi poterit ad obsequium. Cōsulat unusq; affectus suos: iā in-
telliget neminē esse sine ira: & castigatōe imperio sibiugari. Vbi
ergo ira nō fuerit imperiū quoq; non erit. Deus autē habet imperi-
um ergo & iram qua constat: imperium habeat necesse est.

Cap. xxiiiij. Cōcludit deū amādū: uerēdū: honorificādū: me-
tuendum.

Vapropter nemo uaniloquētia philosophoꝝ inductus:
ad contemptum se dei erudiat: quod est maximum nefas
Debemus hūc omnes & amare q̄ pater est: & uereri q̄ domin⁹:
& honorificare q̄ benefic⁹: & metuere q̄ seuer⁹: utraq; persona
in eo uenerabilis. Quis salua pietate non diligat animę suę parē-
tem? Aut q̄s impune contemnat eum: q̄ rerū dominator habeat
in omnes ueram & eternaꝝ potestatem? Si patrē cōsideres: ortū
nobis ad lucē qua fruimur sūministrat: p̄ illū uiuimus: p̄ illum
in hospitium huius mundi intrauim⁹. Si deum cogites: ille nos
innumerabilib⁹ copijs alit: ille sustētat: in hui⁹ domo habitam⁹

buius familia fumus: & si minus obsequens quā decebat: minusque officiosa quā dñi: & parētis immortalia merita poscebāt: tñ plurimum proficit ad ueniā cōsequēdā: si cultū eius notionēque teneamus: si abiectis humilib⁹ terrenisq; tam rebus quā bonis cęlestia: & diuina sempiterna meditemur. Quod ut facere possim⁹ de⁹ nobis sequēd⁹ est: deus adorādus: quā in eo est materia rerū: & ratio uirtutū: & fons bonorū. Quid enī deo aut potētia mai⁹ ē: aut rōe pfecti⁹: aut claritate luculētius! Quod quā nos ad sapiētiā genuit: ad iusticiā pcreauit: nō est fas hominē relicto deo: sēsus ac uitę datore terrenis fragilibusq; famulari: aut quęrēdis tēporalib⁹ bonis inherētē: ab innocētia & pietate discedere. Non faciūt beatū uicio sę ac mortifere uoluptates: nō opulētia libidinū incitatrix: nō inanis ambitio: nō caduci honores: quib⁹ illaq; atus anim⁹ human⁹: & corpori mācipat⁹ ęterna morte dānatur sed sola innocētia: sola iusticia: cui⁹ legitima & digna merces est immortalitas: quā statuit a principio deus sanctis & icorruptis mētib⁹: quę se a uicijs & ab omni labe terrena integras inuolatasq; cōseruāt. Hui⁹ premij cęlestis ac sempiterni piceps esse nō possunt: q; fraudibus: rapinis: circūscriptionib⁹ cōscientiā suam polluerūt: quicq; iniurijs hominū nefarijs cōmissis ineluibiles iibi maculas immiserūt. Proinde uniuersos oportet q; sapiētes: q; homines merito dici uolūt: fragilia contēnere: terrena calcare: humilia despicere: ut possint cū deo beatissima necessitudine copulari. Auferat impietas discordię dissensionēq; turbulētę ac pestiferę sopiant: quibus humanę societates & publici foederis diuina cōiunctio irrūpit: dirimit: dissipat. Quantū possim⁹ boni ac benefici esse meditemur: si qd nobis opū: si qd suppetit copiarū: nō uoluptati uni⁹: s; multorū saluti impartiat. Voluptas enī tam mortalis est quā corpus cui exhibet ministeriū. Iusticia uero & beneficentia tam immortales quā mens & aīa: quę bonis operibus similitudinē dei asseqt. Sit nobis de⁹ nō in templis: sed in corde nrō consecrat⁹. Destructibilia sūt oīa quę manu fiūt: mūdem⁹ hoc templū quod nō fumo: nō puluere: sed malis cogitationibus sordidat: quod nō cereis ardentib⁹: sed claritate ac luce sapiētię illuminat. In quo si deus semp crediderim⁹ eē presentē eius diuinitatis potētia ita uiuem⁹: ut & ppiciū semp habeam⁹ & nunq; uereamur iratum.